



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Tractatus De Necessitate Et Modo Ministrandi Sacramenta Tempore pestis

Chapeauville, Jean

Mogvntiæ, 1612

23. Quis sit optimus & maxime probandus modus ministrandi hoc sacram.  
tempore pestis?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41077**

R. Non tenebit, sed poterit paucisconscientiam ægroti pœnitentis melius informare: quamuis si nullus alius sit in maiori necessitate, laudabiliter facturus sit pastor, si illius voto satisfaciatur, vitam corporalem pro illius quiete exponendo, per illa, quæ primo capite diximus.

## Q V Æ S T I O XXIII.

*Quis sit optimus & maxime probandus modus, ministrandi hoc sacramentum tempore pestis?*

Quæstionis explicatio.

C Onsueta methodo dixim<sup>9</sup> de ministris primum, deinde de iis, quib. ministrandū est hoc sacramentum, subiectis resolutionibus quæstionum & excusationum, ppter quas videri potuisset, non esse necessarium, peste infectis illud ministrare. Restat vt de modis ministrandi agamus: in his n. magna varietas reperiri solet, propter varia, quæ periculum, tum ministrantium tum suscipientium, in hoc casu suggerere solet. Et in primis inquirendum, quis censeferi debeat optimus modus ministrandi hoc sacramentum in præsentī casu?

R 3

*Responsio.*

## Responſio.

**I**lle est maxime probandus, in quo substantialia ipsius sacramenti certa, & quantum fieri potest minime dubia, hoc est, ex parte quidem pœnitentis contritio, vel attritio, & confessio vera & integra, saltem formaliter: ex parte vero ministrantis absolutio, quæ his verbis constat: (*Ego te absoluo.*) Deinde cæremoniæ Ecclesiæ diocesane in totum aut pro parte adhibentur, pro ratione periculi contagionis, vel mortis ipsius pœnitentis, vel etiam ministrantis; His enim positis, ea omnia aderunt, quæ vir bonus & prudens in huiusmodi administratione adesse debere iudicaret, quæ sufficienter ex antedictis patent.

Dices: Valebitne absolutio, si pastor subditum, multis censuris & peccatis innodatum, absoluat, nihil aliud dicendo, quàm *Absoluo te.*

R. Valebit, dummodo intentio extendatur ad absolutionem à censuris & peccatis, ut speciatim Sotus (a) annotavit.

a Sotus in 4.  
dist. 14. q. 1.  
artic. 3.